



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita P. Balthassaris Alvarez, Societatis Iesv Religiosi

Puente, Luis de la

Coloniae Agrippinae, 1616

§. 2. de sensis Spiritualibus

urn:nbn:de:hbz:466:1-42916

*De sensis Spiritualibus, & quaratio-
ne Deus animabus se commu-
nicet.*

PRIMVM, tanquam res certa statuendam
est, Deum communicare, & ostendere se a-
nimabus in hac vītā: non quidem per visio-
nem claram, iuxta ordinariam legem; sed per fi-
dem & gratiam, eiusque effectus: quod si alicui
concessum est Deum ipsum in hac vita videre; id
fuisse ex priuilegio singulari, quod non est alijs
attribuetidum, nisi quos Scriptura sacra, aut San-
cti insinuant.

DEINDE, hanc Dei communicationem eiul-
que præsentiam non consistere præcipue, & es-
sentialiter in rebus sensibilibus: quamvis ex in-
terna Dei communicatione, huiusmodi sensibi-
les effectus, consolationes, alijque boni motus,
& impulsus sequi soleant: vt propterea huiusmo-
disensibiles sensus, & motus non debeant quasi
essent Dæmonis illusiones vniuersim contemni:
illa enim esset insignis cæcitas, ac deceptio: sed
benè sunt attendendi, ac prudenter examinandi

iuxta Doctorum & Expertorum virorum consi-
lium; & Regulas, quas Sancti de Spiritibus discer-
nendis tradiderunt.

TERTIO, quamvis huiusmodi sensibiles con-
solationes, & solatia, Dei sint: non tamen in eis
consistit sanctitas; nec tamen ea desiderare san-
ctitati aduersatur: ita tamen, vt non in eis tan-
quam in fine sistatur; sed apperantur quatenus ad
benè

382 VITAE R. P. BALTHASSARIS
benè operandum, & alacriter ad perfectionem
tendendum disponunt: nec eadem solatia sensibili-
lia, certa sunt indicia gratiæ præsentis; nec eisdem
carere, signum absentis. Quamuis Sancti sæpe
soleant eadem ea pônere tanquam gratiæ Dei quæ
præsentia in anima indicia, & conjecturas. in
hac enim vita nulla possunt esse (viâ ordina-
riâ) certa gratiæ signa: licet sæpe sint conie-
cturæ.

QVARTO: de huiusmodi spiritualibus sensis
loquendum est communibus, & visitatis Sancto-
rum verbis, nec cum magna exaggeratione; nec
finae cautela, ad ea accedendum: nam multi gra-
via detimenta sunt passi, quod multum illis fide-
rint. Huiusmodi ergo res accipiendæ sunt, tan-
quam minus principales, & solum, ut ex eis e-
mendatio vita sequatur: & nominatim humilitas
& patientia erga proximos, ac desideria ex inti-
mo corde ferendi contemptus & opprobria ab
hominibus.

QVINTO: quod animæ gubernatio, & direc-
tio non beat esse præcipue ab huiusmodi mo-
tibus, ac sensis; sed à doctrina Ecclesiæ: & ni-
hilominus certum est Spiritum sanctum corda
mouere, ac docere: cuius motus nunquam est
bonis moribus contrarius, nec Ecclesiæ sensui,
ac doctrinæ: nunquam tamen habendus est talis
motus tanquam regula infallibilis, quod sit à
Deo id, quod huiusmodi sensus proponit, dum
impellit ad aliquid faciendum, aut reijcien-
dum; & multò minùs velle quis debet, alios
per huiusmodi sensum, tanquam per certam re-
gulam dirigere, nisi prius bene examinetur, &
cum

ionem
ensibi
risdem
i s̄pē
deiquis
s. in
dina-
onie-

um alijs, vt prædictum est, conferatur, & con-
sideretur.

SEXTO: quoad fieri poterit danda est opera,
et internorum sensuum exteriora signa præbe-
mur, corporis scilicet motibus, & gestibus: nam
ordinariè motus, qui à Deo est, trahit ad inte-
gra: licet non aduersetur ei, quod se interdum
indicijs externis prodat: quòd si tamen talia ex-
traordinaria essent, ac frequen-
tia: censenda essent suspecta, ac proinde rejici-
enda, nullo modo ea optando, & potius à Deo
unquam magnum beneficium petendum, ne nos
pertales deducat vias; sed per planam, tritamque
fidelium.

¶. III.

*De Mortificatione Ecclesiastica,
& vera.*

PRIMVM explicetur: veram mortificatio-
nem, quam Sancti docent, non in eo consi-
stere, vt caro ipsa eneruetur, aut mactetur;
nec in magnis doloribus sustinendis, nec in eo,
quòd sensus suis operationibus ita destituantur,
vt exercere eas non valeant; nec in eo, vt nativus
alias color pereat, & pallor contrahatur; nec in
alijs similibus rebus: Sed præcipue consistit in
subiectando Deo, & moderando cor nostrum, ac
voluntatem, & animi perturbationes spiritum op-
pugnantes: in compescenda scilicet, ac moderanda
ira, vt patientes simus, vt iniurias toleremus, ca-
lamitates, & aduersos in rebus temporalib. enen-
tus: quales sunt paupertas, ægritudo, mors filio-
rum